



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

Edictum Iaponicum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

que inter hæc tormenta, cum
Christum ac fidem semper
profiteretur, extinctus est.
Lubet hac occasione hic of-
ferre legendum

Edictum Iaponicum.

*Cardim
Catalogi
pag. 78.*

Toxogunus Imperator,
cōperto Lusitanos Macaën-
ses violare legem toto Iapo-
nico imperio promulgatam,
aduersus legem Dei, *missis*
Macao clam Predicatoribus
Euangelicis, qui inducendo
Iapones ad mutandam Reli-
gionem, susceptà Christiano-
rum lege grauissima admittunt
scelera morte digna. Ad hoc,
eosdem Lusitanos Macaën-
ses annonam, & alia neces-
saria submittere, ac succur-
rere prædictis prædicatori-
bus, & Christianis, qui occul-
tè viuunt in Iaponia, id quod
eadem lege veritum est. Id-

cir-

circò publico edicto Lusitanis omnibus interdicit absolute navigationem & còmercium Iaponiæ sub pœna mortis, & comburendæ navis ac merciũ. Die 4. Augusti 1639.

Hinc liquidò patet, exiliũ, & mortes Christianis apud Iapones odio fidei irrogari.

P. Ignatius Fialho.

In Mogoris imperio cùm secundo successu res fluere viderentur, Rege mortuo, filius, Mahometi æquo tenacior successus est; qui rem Christianam miserè perturbavit, & multos ad vomitum redire coëgit. In ea tempestate P. Ignatius cùm Christianos ad retinendam in suscepta religione còstantiam acriter hortaretur, & Cruci affixi Christi effigiem manu efferens ostentaret, gladijs

*Lusitan⁹.
in Mogorea.*

*incerto
mense
1633.*

Fides.

S

plu-